



**Antoninus Diana Panormitanus, Clericus Regularis, Doctor  
Celeberrimus, Coram S. D. N. Alexandro VII. Episcoporum  
Examinator, & Sancti Officij Regni Siciliæ Consultor,  
Coordinatus, Seu Omnes ...**

**Diana, Antonino**

**Lugduni, M. DC. LXXX.**

29. An si agrotus sit morti proximus, & non inueniatur Parochus, possit  
simplex Sacerdos, etiam Regularis Sacramentum Extrema-Vnctionis  
infirmo ministrare? Et an si extra necessitatis, absente ...

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-76405](https://nbn-resolving.de/urn:nbn:de:hbz:466:1-76405)

Ref. i. huius validè dubitaretur de illius salute, si absque viatico annor per decederet; & at à longè posset Parochus hortari oves totam eam attente lega.

peste laborantes, ut patienter sustineant infirmitatem, ac propositum habeant suscipiendi viaticum; quia in casu necessitatis indicatur satis esse propositum suscipiendi, & si etiam adimpletur præceptum. Ita Mollesius, & ante illum Maior in 4. sent. dī. 7. q̄st. vlt. & dī. 23. q̄st. 1. sed contraria sententiam docent Villalobos ubi suprā, & Rodriguez in summa tom. 2. cap. 87. num. 8. cum aliis.

## RESOL. XXVII.

An Parochus tempore pestis teneatur cum periculo vita ministrare Sacramentum Extrema-Vnctionis?

Et an in aliquo casu possit Parochus excusari a ministratore penitentia, ut quando esset certus moraliter infirmus non habere conscientiam peccati mortali?

Qnz hic est docui in 3. part. trāt. 4. refol. 174. Imò Fillius Ref. antecedens, & in tom. 1. trāt. 3. cap. 5. num. 99. putat in aliquo casu posse excusari Parochum a ministratore sacramenti Penitentiae, ut quando esset certus moraliter infirmus non habere conscientiam peccati mortalis, & alioquin periculum vita magnum esset. Vnde non est audiendus Turrianus in summa part. 2. cap. 136. dub. 3. conclus. 1. assertens Parochum teneri ad ministrandum hoc sacramentum subito laboranti morbo contagioso, etiam cum periculo contagij & mortis, & ita nostram sententiam teneret etiam Tannerus tom. 4. dī. 7. q̄st. 1. dub. 3. num. 62.

## RESOL. XXVIII.

An agrotus, si non fuerit confessus in articulo mortis teneatur Parochus cum periculo vita Sacramentum Extrema-Vnctionis illi ministrare?

Et quid, si aliquis peste infectus, qui antequam incidet in amentiam, incidit in peccatum mortale, de quo solum habuit attritionem, an tunc Parochus teneatur cum periculo vita hoc Sacramentum ministrare, nisi Pastor esset valde necessarius, ex cuius morte multis imminaret periculum spirituale? Ex p. 5. tr. 3. Ref. 83.

§. 1. Respondeo negatiū cum Hurtado de Sacramento Extrema-Vnct. diff. 12. in fine vbi sic sit. Obseruandum est Parochum ex iustitia, aut ex fidelitate teneri conferre extreamam Vnctionem agrotō cā indigenti, cāque saltem interpretariē potenti, quia tenetur non solum necessaria, sed etiam virtutis rationabiliter potenti conferre, præterim in periculo mortis, nihilominus ad id non tenetur, quando ipsi immixtus periculum mortis ex administratione, ut ob pestem infirmi, aut alteri, quamvis infirmis sit absque Extrema-Vnctione decessurus, & quamvis nullum aliud Sacramentum suscepit, quia ex una parte potest infirmus absque Extrema-Vnctione ne per contitionem salvari, & ex altera parte non sat i. confitit Extremam-Vnctionem sufficere, ad delenda mortalia quadam culpam. Ita Hurtadus, cui add. Adamum Tannerum in suis eruditissimis commentariis ad D. Thomam tom. 4. dī. 7. q̄st. 1. dub. 3. num. 62. Sed hoc intelligendum esse docet Jacobus Granado de Sacram. in 3. par. contr. 8. dī. 8. num. 6.

nisi Parochus certò sciret agrotum esse in statu periculi mortalium, & hoc remedium liberandum esse probabilius sibi persuaderet, nam in hoc casu, qui est metaphysicus est, patitur ager extremam necessitatem spiritualem, cui etiam cum periculo vita corporalis subuenire teneret. Ita Granados. Et alia cūlū simile ponit etiam Propositus in 3. part. quā. 1. de sacra exir. Vnct. dub. 6. num. 47. vt. v. g. si aliquis est infectus peste, qui antequam incidet in amentiam, incidit in peccatum mortale, de quo solum habuit attritionem, tunc enim putat Parochum teneri cum periculo vita hoc Sacramentum ei ministrare, nisi Pastor esset valde necessarius, ex cuius morte multis imminaret periculum spirituale, non tenetur compescere illud ministrare, imò nec videatur possit, cum imminens grāne malum spirituale communione, cui obligatur, præponderet malo viuis & nigris obligeat ipsi communiat, quā fungit in particulari: vnde non potest cum graui detimento communis privatis consolere, v. g. in locis hereticis, vel vicinis hereticis, pro quibus vir pollitus Pastor inueniatur, saltem medicinare idoneos Pastores, cuius vita est necessaria ad conferendos fiducios in fide, non potest cum aperto vita pericilio sacramentum Extrema-Vnctionis ministrare cum in casu suprā positio.

## RESOL. XXIX.

An si agrotus sit morti proximus, & non inveniatur Parochus, possit simplex Sacerdos, etiā Regulare Sacramentum Extrema-Vnctionis infirmo ministrare?

Et an si extra casum necessitatis, absentia Parochi, Sacerdos infirmum vngueret, in excommunicatione præter peccatum mortale incurrit, vel in latere communicatio restringita sit tantum pro Religiosis part. 5. tr. 3. Ref. 82.

§. 1. Hic casus accidit in quadam villa, & id. hum. liber respondere cum verbis licet. Granado de Sacram in 3. pari. contr. 8. tr. vni. am. dī. 8. num. 5. vbi sic assert. Dubitari potest, an sufficiat licentia tacita, vel presumpta propriae Patroci, ut Sacerdos secularis, vel religiosus politi alii ministrare hoc Sacramentum. Respondeo cum S. Ignacio in dī. 23. q̄st. 2. art. 1. quando clare praemonstratus est, ut sacerdos infirmum id velle, tunc post licet ministrare hoc Sacramentum à quolibet Sacerdoti, vnde recte addunt Suarez dī. 44. sef. 2. & Henrique cap. 13. §. 4. si agrotus sit iam proximus morti, & obtineri nequeat licentia a Parochio proprio, siue quia abest, siue quia non vult illam concedere, posse alium Sacerdotem conferre illi hoc Sacramentum, finitima quia proprius Parochius non est rationabiliter institutus, & saltem credi debet summum Pontificis id tunc velle, ne ager priuitor hoc Sacramento, quod licet non sit de necessitate salutis, est valde vtile, & accidere potest, ut ab eo pendeat salus anima, si non inimicorum periculum mortalius, ut aliquando obriteri potest. Ita Granados. Vnde non est audiendus Gauantus in Enchirid. Epis. 20. Extrema-Vnct. num. 3. vbi docet Religiosos non posse ministrare hoc Sacramentum, nec etiam in necessitate; fed cu. 2. vnic. de sacra exir. Vnct. dub. 6. num. 43. & Antonio Fernandez in Medulla casuum confient. pari. 3. cap. 10. §. 1. num. 8. vbi adiungit si extra casum necessitatis, absentia Parochi Sacerdos infirmum vngueret, in excommunicatione præter peccatum mortale.

endo, vt  
que ad s.v.  
nim. exclu-  
fuit.

tale incureret, quod etiam docuit Valentia tom.4.  
diss.8. q.2. punc.1. Sed amicissimus Andreas Vi-  
torellus in Append. ad Pessineum officio Parochi. c.9.  
putat contrarium quoad excommunicationem, nam  
Clement. loquitur tantum de Religiosis, & pœ-  
na sunt restringenda.

RESOL. XXX.

An excommunicatus nominatim, vel suspensus possit in  
articulo mortis ministrare infirmo Sacramentum  
Extreme-Vnctionis?  
Et quid tamen si agrotus confessus fuerit? Ex part.5.  
tr.3. Ref.8.1.

Sup. hoc le-  
ge doctrinā  
satur. Ref.  
sequen-  
tiam. & in  
tom.1. tr.1.  
ex Ref.15.  
§. vit. ante  
medium,  
ref. Primos  
et ex Re-  
f.19. §. Ve.  
f. in fine.

**S. 1.** Cunser Suar. in 3. part. tom.8. diss.4. seq.2.  
num.6. excommunicatum non posse, posse  
vero suspensum, qui haec censura non priuat actu  
Ordinis. Verum id videtur, pace viri docti, minus  
solidè dictum, quia vel suspensio est totalis, quam  
communi iudicio constat prohibere etiam exerci-  
tium ordinis, vel est partialis ab officio, vel ordinis,  
quo casu etiam prohibet functionem Ordinis, &  
administrationem Sacramentorum, vel est tantum à  
beneficio, vel iurisdictione, & eo casu etiam nomi-  
natim suspensus potest Sacramentum ministrare,  
quia suspensio à iurisdictione solum prohibet actus,  
qui sunt intrinsecè actus iurisdictionis, vt excom-  
municare, non verò qui sunt actus solius Ordinis,  
quamvis requirant in Pastore iurisdictionem et  
littere exerceantur. Itaque respondeo quo casu suspen-  
sus ab Ordine potest hoc Sacramentum ministrare,  
posse etiam excommunicatum; vnde dico si Sacra-  
mentum sit infirmo ad salutem extreme necessarium,  
iuxta modum superiori dubio positum, desitque co-  
pia alterius Sacerdotis, posse, in modo debere Pastorem  
nominatum excommunicatum, vel suspensum mini-  
strare, neque eo casu rigorem Ecclesiastice censura  
habere locum cum ea, qua pro disciplina Ecclesiastica  
sunt instituta, non debeant vergete in apertum  
detrimento animarum. Et hac omnia docet Ioannes  
Præpositus in 3. part. quest. 2. n. de sacram. Ex-  
treme-Vnctionis. dub.6. num.144. qui etiam in eodem  
loco putat hanc doctrinam esse fortem viorem,  
etiam si hoc Sacramentum non esset ad salutem infir-  
mi necessarium, quia videlicet fuerit confessus, nam  
licet in tali casu non sit ad salutem necessarium, est  
tamen maximè utile, & conducens ad remissionem  
venialium, & ad robur contra diabolicos insultus  
maximè necessarium: ergo Ecclesia, qua propter  
longè inferiorem utilitatem permittit commercium  
cum nominatum excommunicato, non censetur in  
nostro casu illud prohibere, & proinde licet Pastori  
in favorem alterius Sacramentum ministrare. Nota  
tamen quod contraria sententiam tenet cum Sua-  
rez, Ochagavia de Sacram. Extreme-Vnctionis quest.  
10. num.3. Sed tu ne deseras sententiam Præpositi.

RESOL. XXXI.

An in articulo mortis aliquando sit ministranda Ex-  
treme-Vnctio ab excommunicato denunciato, &  
hoc etiam tempore interdicti?  
Et quid, si alius aliud Sacramentum non sit possibile  
ministrari? Ex part.5. tr.3. Ref.8.9.

Sup. hoc le-  
ge doctrinā  
Ref. præteri-  
ta paulo  
post initii. 2.  
vers. In articulo  
mortis.  
& in Refol.  
seq. & in 10.  
3. tract.1. ex  
Ref. 2. lego  
erit. doctri-  
nam à §. De  
suscepione,  
& seqq. &  
pro excom-  
municato &  
denunciato.  
Ministro co-  
tentio in hoc  
textu in  
principio  
Ref. 1. huic  
auctor. & in  
alii eius  
prime an-  
not.

**S. 1.** Negatiam sententiam docet ex Suarez Vil-  
labobos in summa, tom.1. tract.10. diff.6.  
num.6. vbi sic ait. Ha se de aducitur, que el Sacer-

dote que està descomulgado, no puede administrar  
este Sagramento por necesidad que aya del, segun  
sentencia probable, que pues la Iglesia no permite  
que se dé este Sagramento en tiempo de entredichos;  
lo mismo parece se ha de decir en este caso, y por el  
coniguiente que el enfermo no le puede recibir del  
descomulgado.] Sic ille, cui additum Filliucium tom.1.  
tr.3. c.5. n.97. Sed ego contraria sententiam teneo  
cum Trullenck inexp. Bulla Cruc. lib.1. §.3. dub.7.  
n.2. qui ait: In articulo mortis, quando aliud sacra-  
mentum non est possibile, non est improbable posse  
ministrari Extreme-Vnctionem, etiam ab excom-  
municato denunciato, & tempore interdicti; quia tunc  
videtur habere locum sacramenti Pœnitentiae, &  
potest facere de atrito contritum. Quod possit in eo  
casu à denunciato ministrari, docent Coninck 3.  
part.3. q.64. art.6. dub.2. n.48. & Aula de censur. 2. part.  
c.6. diss.3. dub.3. concl.4. Si enim à denunciato potest  
tunc ministrari, poterit etiam tempore interdicti,  
in quo potest pœnitentia, cuius locum in eo casu  
Extreme-Vnctio tenere videtur, v.g. si postquam  
ostendit signa contritionis, amissit vnum rationis,  
ob idque non potest confiteri, etiam moritur,  
videtur tunc posse illi etiam tempore interdicti mi-  
nistrare Extreme-Vnctionem, quia tunc locum pœ-  
nitentiae habere censetur ita Trullenck vbi si pra-  
quicquid in contrarium asserta Tannetus tom.4. diss.  
7. q.1. dub.3. n.64. & Ludouicus de San Iuan qnaq.  
vnct. art.1. de sacram. Extreme-Vnctio diff.1. vbi  
docet tempore interdicti non esse ministrandam mo-  
ribundo sacram Vnctionem. [ Porque elle Sagra-  
mento in ningun acontecimiento es Sagramento de  
necessidad, ni ay precepto divino, ni Ecclesiastico  
de recibible, luego la prohibicion de la Iglesia se  
extiende a eos.] Sed tu ne deseras in casu contin-  
genti tenere sententiam affirmatiuam.

Sup. hac &  
seq. difficult.  
p. o tempore  
interdicti in  
duabus Ref.  
seq. & lege  
etiam §§.  
anno. leg.  
&c.

Sup. hoc in  
tom. 3. tr. 1.  
Ref. 2. §. De  
suscepione;  
& seqq. &  
lege etiam  
Ref. not.  
præterit.

RESOL. XXXII.

An tempore interdicti possit moribundo conferri Ex-  
treme-Vnctio quando non potest recipere Sacramentum  
Pœnitentiae?  
Et an in dicto casu possit hoc Sacramentum ministrari  
ab excommunicato, & etiam denunciato Ministro?  
Ex part.5. tr.10. Ref.7.8. aliás 77.

**S. 1.** Causa est curiosus, & affirmatiuē respon-  
deo. Puto igitur in articulo mortis quando  
aliud sacramentum non est possibile, non est im-  
probabile posse ministrari Extreme-Vnctionem,  
etiam ab excommunicato denunciato, & tempore  
interdicti, quia tunc videatur habere locum sacra-  
menti Pœnitentiae, & potest facere de atrito contritum.  
Quod possit in eo casu à denunciato ministrari do-  
cent Coninck 3. p. q. 64. art. 6. dub. 2. n. 48. & Aula  
de censur. 2. p. c. 6. diss. 3. dub. 3. concl. 4. si enim à denun-  
ciato potest tunc ministrari, poterit etiam tempore  
interdicti in quo potest pœnitentia, cuius locum eo  
in casu Vnctio-Extreme tenere videtur, v.g. si post-  
quam ostendit signa contritionis, amissit vnum ratio-  
nis, ob idque non potest confiteri, etiam iam mori-  
tur, videtur tunc posse illi etiam tempore interdicti  
ministrare Extreme-Vnctionem, quia tunc locum  
pœnitentiae habere censetur. Ita docet Trullenck  
in Bulla Cruc. lib. 1. §. 3. dub. 7. numero 2.

Sup. hoc in  
Ref. præteri-  
ta paulo  
post initii. 2.  
vers. In articulo  
mortis.  
& in Refol.  
seq. & in 10.  
3. tract.1. ex  
Ref. 2. lego  
erit. doctri-  
nam à §. De  
suscepione,  
& seqq. &  
pro excom-  
municato &  
denunciato.  
Ministro co-  
tentio in hoc  
textu in  
principio  
Ref. 1. huic  
auctor. & in  
alii eius  
prime an-  
not.

RESOL. XXXIII.

An moribundo sensu carent sit ungendum tempore inter-  
dicti?

Y 4 dittis